Fragmentarium

Hic clausit membris animos III 6,9.
Celsa sede petitos
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen
Quid genus et proauos strepitis
Si primordia uestra
Auctoremq; deum spectes
Nullus degener extat
Ni uitiis peiora fouens
Propriũ deserat ortum.

Habet hoc uoluptas omnis III 7
Stimulis agit furentes
Apiumq; par uolantum
Ubi grata mella fudit
Fugit et nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Eheu que miseros tramite deuios III 8
Adducit ignorantia
Non aurũ in uiridi queritis arbore
Nec uite gemmas carpitis
Non altis laqueos montib: abditis
Ut pisce ditetis dapes
Nec uobis capreas si libeat sequi
Tyrrena captatis uada

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 9r – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48823)